

Universitätsbibliothek Paderborn

Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In
sex partes tributæ

Qvae Meditationes Complectitvr circa omnia Christi Domini Acta, ab eius
Baptismo ad finem vsque Prædictionis, Doctrinam, Miracula, Parabolas

Puente, Luis de la

Coloniae, 1612

Paragraphus primus de præcipuis Actiuæ vitæ Actionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54633)

excepit; & Maria, quæ ad eiusdem Domini pedes sedens, eius doctrinam audiebat: quæ (ut communiter Sancti interpretantur) vtramq; hanc vitam referunt. Et in earum historia altissima & utilissima, quæ de vtraque vita tradi potest, doctrina, depicta esse videtur. Et, ut uno labore duo expediam negotia, simul scopus meum eliciam; & meditationem circa ipsam historiam contexam.

DE PRAE CIPVIS ACTIUÆ VITÆ ACTIONIBUS

§. I.

PRAE CIPVAS ACTIVAE VITÆ actiones & officia mysticè declarat Euanglista, dum ait: a *In gressus est IESVS in quoddam Ca stellum: & mulier quædam Mar tha nomine exceptit illum in domum suam.* Qui bus verbis tria indicantur officia, quæ hoc vitæ geaus concernunt. Primum est, animæ nostræ domûs, ad Christum in ea spiritualiter excipiendum, præparatio, quæ fit tum ab eius omnibus peccatis expurgatione, adhibitis pœnitentiæ operibus: b *Quoniam in maleuolam animam, non introibit sapientia incarnata, nec habitabit in corpore subdito, peccatis;* tum eius tranquillitate, dum à tumultu inordinatarumque passionum turbatione, mortificatione adhibita, expeditur: Nullus enim ho

a *Luc. 10. 38.*

b *Sapi. 1. 4.*

6 III. PART. INTRODVCT.

Spes libenter longiore mora in tumultuoso turbatoque hospitio cōmoratur : Tum deniq; virtutum moralium ornamenti; dum magno feroore actiones earum exercentur : talem enim habitationem , pretiosiss huiusmodi auleis exornatam, libenter Christus inhabitat, & in ea perseverat, hospiti suo per gratiam & charitatem coniunctus.

II.

c Matt. 25.
40.

Secundum officium actiuæ vitæ est, Christū Dominum in eius pauperibus hospitio excipere, sicut Martha, quæ ipsum Christum eiusque Apostolos hospitio excipiebat, illis seruiens, & septem misericordiæ corporalis opera erga eos exercens : de quibus idem Dominus dixit. c Quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ego in eis peregrinus eram, & me hospitio excepistis ; esuriebam, & me pauistis ac potastis: ad meas itaque rationes pono, quod meis pauperibus facitis : vnum enim ego sum cum eis, in quibus & maneo.

III.

D.Thom.
a.3 & qu.
182.a.2.ad
4.

Tertium officium altius adhuc vitæ actiuæ, cùm ea per sectissima est , & contemplatiæ proxima, consistit in procurando ipsi Christo hospitium in animis proximorum ; eos ad id exhortando, ac ita disponendo, vt ipse Christus tali eorum hospitio delectetur. Quod is præstat, qui spiritualis misericordiæ erga eos opera exercet ; docendo, consulendo, corrigoendo, concionando, confessiones audiendo, sacramenta administrando, & his similia exhibendo; in quibus charitas & erga proximos

amor,

amor, zelusque salutis eorum elucet magis.
Hoc fuit discipulorum Christi munus, quos
ipse dante faciem suam mittebat in omnem ci-
uitatem, & locum, quo erat ipse venturus; ut ho-
spitium illi in hominum animis præpararent.

d Luc. 10. 1.

DE VITAE CONTEM-
platiæ actionibus.

§. 2.



R A E C I P V A S vitæ CON-
TEMPLATI VAE actiones
subdit idē Euangelista, cùm
ait: *Et huic Marthæ erat so-
ror nomine MARIA, quæ et-
iam sedens secus pedes Do-
mini, audiebat verbum illius.*

Qua sententiâ præcipuum officium, & occupa-
tio vitæ Contemplatiæ nobis ob oculos po-
nitur, quæ hospite illo fruitur, quæ soror eius
actiuam vita hospitio exceptit in animo; dum
spiritu ad eius pedes prostrata, coelestem eius
doctrinæ audit. Quia enim vtraq; soror, eius-
dem patris Dei est filia, ad vnum finem nostræ
perfectionis, ei⁹ verò gloriæ genita, fit, vt pri-
us spiritus diuinus actiuam generet, quæ prior
& imperfectior est, per quam hospitiū ipsum
parat, a lectumq; ornat, in quo hospes requies-
cat; & postea contemplatiū gignit, quæ il-
lo fruatur, eius doctrinam audiat, recipiatque
diuini amoris dulces amplexus.

S. Thom.
22. q. 182.
4. 4.

a Can. 1. 10.